



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Parallelæ Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1648**

§. 3. De Sinu Veneto.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13147**

DE MARIBVS,

130

men mare Massilicum alij restringunt, alij promouent. Restrinxunt, qui à Salsulis *Salses* ad ostium Rhodani Occidentalius Simum Lugdunensem constituunt: promouent, qui eidem oram Genuensem contribuunt, *la côte de Gennes*, & in Etruriam usque producunt. Ac proinde Leoninus Sinus respondebit Antiquo Sardoo Eratosthenis, atque Polybij.

§. 2. De Mari Tusco.

TUSCUM mare nominatur quidquid à Sardinia Melitam *Malte* usque porrigitur, & ab Italibz *Mar de Tosco*, vel *de Toscana* dicitur, ab celeberrimâ regione quam alluit. Non meminit huius Maris Breuæus, sed ex eius variis dictis colligitur. Effunditur usque ad Africam, seu Barbariam, ibique versus Occidentem ad Prom. Bonum vulgo *Bon*, dicitur *ORA BISERTINA*, & *TVNETANA*, *de Biserte*, & *de Tunis*. Exinde *ORA TRIPOLITANA*, *la côte de Tripoli*, ab urbibus nominatissimis huic littori adiacentibus. Versus Italiam retinet commune nomen, nisi in Sinibus, *de Caiete*, *de Naples*, *de Salerne*, *de Polycastro*, *de sainte Euphemie*, de quibus in recente Italiâ.

§. 3. De Sinu Veneto.

SINVS VENETVS, *le Golphe de Venise*, totum hoc complectitur, quod intercurrit, inter Melitam Ins. & Pro. S. Ioan. Bapt. stæ in Occidetalibus Cretæ, longoque traxtu in urbem Tergesten infunditur. Non diffiteor tamen in Tabulis Magini accuratissimis hoc mare iterum tripliciter diuidi, & superiorem partem quæ terras subit versus Venetias dici, *Golphe di Venetiâ*, *le Golphe de Venise*, seu *Mare Adriatico*. cuius pars à Pro. S. Marie de Leuca, olim Iapygia, & Pro. de Lenguetta, olim Acrocerauniorum excursus, vocatur hodie, *la Bocca del Golphe*, *la Bouche du Golphe*: partem autem inferiorem dici, *Mare Gionio*, voce à veteri Ionio detortâ: reliquum denique versus Africam, *Mare Africô* nuncupari. Taceo hic de orâ à môte Gargano ad os Sinus, quæ dicitur *Mare di Puglia*, ab Apulia cuius nomen iam intercidit in recenti divisione, sicut & de Sinibus *de Larta* olim Ambracio, *de Patras* olim Corinthiaco, & aliis de quibus in Græciâ. Denique intelliges totum hoc mare in Tabulis quibusdam *Mare Græcum* appellari.